



17793

kat.komp

I

Mag. St. Dr.

P

*Praciarski i Martini: Eulogium spectabile  
biti ac Clarissimo Viri Joachimo  
Ciepińskowski Proconsuli Crac.*

PANEG. et VITAE

Polon. 4.

№ 108.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0004750



E V L O G I V M  
S P E C T A B I L I A C C L A R I S S I -  
M O V I R O  
D. I O A C H I M O C I E -  
P I E L E W S K I.  
P R O C O N S V L I C R A C O V I E N.  
D. E T M Æ C E N A T I C O L E N D I S S I M O.

P E R M A R T I N V M R A C I A S Z.

Philosophici Contubernii incolam.



C R A C O V I Æ,

In officina Ioannis Szeligæ. Anno Dñi 1609.

A REVIEW OF THE  
LITERATURE OF THE  
ARTS AND MANUFACTURES  
IN GREAT BRITAIN  
AND IRELAND  
FOR THE YEAR 1779



177935

Printed by J. B. Nichols, in the Strand, near St. Dunstons Church.

Printed by J. B. Nichols, in the Strand, near St. Dunstons Church.

# PROSPHONEMA

**R**es leuis in fani laudes inquirere vulgi  
Res melior magnis velle placere viris.  
Ergo Palladiæ fautor celeberrime turbæ,  
Dum sedes altas tangere fata iubent

Annue conanti vestrum captare fauorem;  
Ianua notitiæ fac sic aperta tuæ.

Fama tui, nostras dudum delapsa sub aures,  
Iam series aliquem cedat amica locum.

Blanda mihi suadet, tenui te lance Thalia,  
Dicere, Cracouli luxque decusque soli.

Ciepieleui, Herculeos mores & promere Clio  
Monet: fluctiuagum sed mare Cymba fugit.

Sithonio prius, hinc orbes tepescere credam  
Memnonio: & tingi posse colore niues,

Congeret aëriâ, nidum super arbore, perdix

Thysbæas: linquet blanda columba, palas

Committentque lupi, damæ sua corpora rostris,

Et lepus, Arcadico, rostra habitata cani.

Quam tua facta, queam rudi complere Mineruâ

Cum similem florens vix scio Cracus habet.

Ecce tamen pergo, minimè si digna videntur

Parce rogo, in rebus nam voluisse sat est.

# IDYLLION.

**D**iuitias alii & Chlamides bis murice tinctas  
lactent : & vario depicta tapeta colore  
Laudent : pyramides, statuas, altaria, ludos  
Extendant : magna qui religione feruntur  
Mæcenatum. Sed ego quid dixerò tandem  
Cui non diuitiæ Mydæ Pelopisque talenta  
Præsto Cæpelleuius summus virtutis amator  
Accipiat sed me, tenui cantabo Camæna  
Quem nunc : præ cæteris summo dignatus honore.  
Vos mihi Pieriæ præscribite carmina Musæ  
De tantisque precor conanti dicere rebus.  
Adsit. ventisque bonis impellite cymbam.  
Est melius virtute nihil, nil pulchrius vnquam.  
Nil magè longæuum quæ semper permanet omni  
Sola die, & nunquam perituro tempore durat.  
Quid verò argētū ? quid opes ? quid purpura honores  
An non cuncta potens nutu fortuna gubernat  
Incertisque rotat viribus ? cui sola resistit  
Virtus & telis hostem prosternt acutis  
Sola hæc quæ fieri nequaquam posse videntur  
Efficit & duros, nouit iufferre labores  
Cunctaque conando non agrè fortia vincit

Hæc

Hæc laudem nobis tribuit, largitur honorem,  
Censum auget, medio vitam indiscrimine feruit  
Et se sectantem tandem post funera mortis.  
Infesse dignos reddit regione supræma  
Hæc se fælici sectantes iungit olympo  
Post mala & dubiè susceptos Martè labores  
Æthereas facilis deducit tramite ad arces  
Inclita regna vrbes & gloria, robur, honores,  
Diuitiæ gemmæ, & quicquid mage possidet orbis  
Splendida cuncta breui pereunt mihi crede momento  
Hæc Te Ciepeleui teneros roborata per artus  
Scilicet aut nostræ colores dum mania Buris  
Extulit; ingenti voluitque præesse cateruæ  
Te veluti speculum vitæ iuuenesque senesque  
Propositum intentis semper speculantur ocellis  
Et veluti exacuunt mentemque aciemque Smaragdus  
Humanam Scythicus: virtus inflammat & vrget  
Sic tua dulce decus cunctarum pectora fibris  
Quam multa affixus cælo sub nocte serena  
Fluctibus è mediis sulcator nauita ponti  
Altra videt: quam multa videt feruoribus atris  
Quum Calacros vrunt ad pinguia pabula saltus  
Vertice Gargani residens incendia pastor  
Crede mihi tam multa videt CRACOVIA florens  
Pyeridum tenui tribuis quæ præmia turbæ

Spectat & ingentem penitus miratur amorem  
Vt solet auriconus Phæbus cum lumine claro  
Maxima stelliferi lustrando volumina cæli  
Informes noctis tenebras splendore fugare  
Sic tua, Musarum, cætus hæc maxime fautor  
Cura tibi lustrat florentes consulis ædes  
Ergo tibi toto ferimus de corde salutem  
Mille precamur aue tranquillaque tempora vitæ  
Moribus egregiis virtutum munera seruas  
Religione Numam superas grauitate Catonem  
Tu decus es fidei, probitateque viuis honesta  
Ergo age viue diu nostræ spes inclyta vitæ  
Dulce decus patriæ atque excelsa columna salutis  
Viuas viuacis longos cornicis in annos  
Fataque post tandem sælix numereris Olympo.

IOACHIMVS CIEPIE.  
LEVI S.

ANAGRAMMA.

HIC CLYPEVS MVSÆO LEVI

**A**Nchora quod nautis dubiis tortique rudentes  
Bellaci iuueni cassis & arma ferunt

Palladiæ



Palladiæ tenui hoc prodest debiliq̃ iuuentæ  
Fautorem Musis semper habere suis  
Apricas veluti vitis bona procreat uvas  
Eximiã agrestis quam fouet arte senex  
Crescit in immensumq̃ labor iuuenilis aceruum  
Fautorum cura cinctus & arte virum  
Ergo mihi longos viuat Cepeleuius annos.

## MVSÆO HIC CLYPEVS

Cum sit & hasta. LE VI.

## LOGOGRIPHVS.

**I**onio celebret nunc quisquis Aristidis ergo  
Iustitiam metro, quique fuere licet  
Iactetur pius ille CHIRON iustissimus omnes  
Inter nabigenas, multiuagumque solum  
MVSÆI fautor superat Cepeleuius istos  
Si non, musca canem, deuoret agna lupum.

## EPIGRAMMA.

**C**armine pugnautes ranas inuexit Homerus  
Promptius vt longam texerat Illadem

At

Ast me facta diu certè cantare nefandum  
Cui fauent superi, fauet & ipse Deus  
Quid è veluti arguto cygnus laudabilis ore  
Est tenerum currens, per sua stagna melos  
Sic tibi sint versus nostri cultissime vatam  
Sic tibi sint animi fœdera grata mei.

## X E N I V M

SÆcula dum quondam Phæbi tulit aurea nomen  
Tempore: cum Delphis cultus Apollo fuit  
Fœdere amicitia si quom sibi iungere firmo  
Forsitan Atridiam more volebat aui  
Aurea mittebat pleno munuscula cornu  
Siue Arimaspiaco lecta metalla vado  
Vfus amicitia contractus vt arctior esset  
Staret & in longos sic magis ille dies.  
Ergo cum nec ebur nostra mihi splendet in aula  
Adfunt Attalicia nec mihi diuitia.  
Pro gemmis versus pro Strenâ carmina mitto  
Cum mage vel quouis munere carmen ames.





